

No. 356. 1462. 16. Juni.

Der Rath entscheidet eine Irrung zwischen Doctor Theodericus Buckensdorff Ordinarius, Altaristen des Altars auf dem Rathhause und Magister Petrus Schusen, Magister Heinricus Stendel und Doctor Lucifer Altaristen zu S. Georgen vmbe den gangk der zewischen den beiden hußern ^{a)} ist, darane die altaristen zcu sente Jorgen gerechtikeit meinten zcu haben vnde ire netze vnde vnlust dareyn gewurffen vnde gegossin haben.

Rathsbuch fol. 64 im Rathsarchiv zu Leipzig.

a) Auf dem Barfüßer (Neu-)kirchhof. Das Haus der Beneficiaten (vgl. No. 239.) stand neben dem Hause, das zcu der capelle (auf dem Rathhause) gehört.

No. 357. 1462. 27. Juni.

Magister Petrus Schusen, Verfasser des Testaments des Clerikers Martin Schindel (No. 239) gibt vor Notar und Zeugen auf Veranlassung der Beneficiaten in der Georgenkirche eine Erläuterung zweier Bestimmungen jenes Testaments, welche Zweifel veranlasst hatten.

In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo indictione decima die solis vicesima septima mensis Junii hora vesperorum vel quasi pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Pii divina providentia papae secundi anno eius quarto in stubella parva superiori habitationis venerabilis viri domini Steffani Fortune sacrae theologiae professoris in domo beneficiatorum in ecclesia sancti Georgii prope Lipczk sita in cimiterio fratrum minorum in opido Lipzensi praedicto Merßburgensis diocesis in mei notarii publici testiumque infrascriptorum praesentia personaliter constituti venerabiles viri praedictus dominus Steffanus et magister Heinricus de Stendal ex una ac magister Petrus Schusen partibus ex altera, qui quidem dominus doctor Steffanus sui et magistri Heinrici Stendal praedicti et domini Symonis suorum in ecclesia sancti Georgii praedicti conbeneficiatorum nominibus praedictum dominum magistrum Petrum Schusen debita cum instantia requisivit, cum fuisset notarius testamenti ac super erectione altarium ac beneficiorum quatuor per dominum Martinum Schindel pie defunctum in ecclesia sancti Georgii praedicti erectorum, quorum beneficiorum ipse dominus doctor una cum suis conbeneficiatis suis vicariis essent possessores, quod modo super certis punctis in institutione huiusmodi beneficiorum modum et formam factas elucidaret^{a)} et super quibus ipsis modicum dubium oriretur mentem suam resolveret et tollendo dubium medio eius iuramento veritatem quam noverit diceret, videlicet an ipsis pro nunc beneficia huiusmodi possidentibus liceret, beneficia huiusmodi personaliter praesentibus vel absentibus per se vel per alios regere et disponere, secundo an eis etiam cederet facultas, beneficia huiusmodi permutandi. Qui quidem magister Petrus Schusen notarius publicus recognoscens, se fuisse notarium ad prae-

a) In einer gleichzeitigen Uebersetzung, welche sich im Rathsarchiv vorfindet: dass er denne vff etlich besonderliche puncten die weise vnde forme darober gemacht ercleren wölle.